Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

inuentionibus suis 7
Si populus meus audisset me · israel
si uiis meis ambulasset 7
Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem · & super tribulantes eos misissem manum meam 7
Inimici dni mentiti sunt ei · & erit tempus eorum in seculo 7
Et cibauit illos ex adipe frumenti · & de petra melle saturauit eos 7

PSALMUS ASAPH 7 PROPHETA CONTRA IUDAEOS DE XPI ADUENTU LOQUITUR · MONENS UT INTELLEGANT IPSUM ESSE XPM · QUI IN ASSUMPTIONE CARNIS PAUPER ESSE UIDEBATUR 7

Ideo dixit suum populum · quia ei legem dedit 7 miracula magna monstrauit ut culpa crescere cum ineum plebs electa peccasset 7 ille enim ambulat inuiis eius · qui mandatis eius non reperitur aduersus 7

Mentiuntur enim · qui se bonis promissionibus obligantes · in pessimos iterum relabuntur errores 7 Addidit · in aeternum 7 erit tempus eorum · scilicet punitionis quando illis dicitur · ite in ignem aeternum 7

Asaph quem prosignificatione sui nominis in titulo constat apositum · contra iudaeos de xpi aduentu per totum loquitur psalmum 7 monens · ut intellegant ipsum esse xpm · qui assumptione carnis pauper esse uidebatur 7

Nam si dō male agentes resistimus · ille iterum nostris non contradicit inimicis · id est daemonibus uel uitiis · sed tamen iustos sic temptari patitur · ut non deserat 7 impios autem tribulari permittit · ut se abeis reddat alienum 7

Adeps frumenti · sacramentum est corporis xpi 7 quid enim adeps in frumento signatur · nisi diuinitatem in carne? Petra · xps est 7 mel dulcedo ipsius · a quo omnes credentes · praedicatione sca sacium tur 7 Sed per fidi ieiuni fuerunt · qui auribus adcrassatis · xpo audire noluerunt 7